tatem: & facies peccatorum sumitis.
Iudicate egeno & pupillo: humilem & pau
perem iustificate.
Eripite pauperem: & egenum de manu
peccatoris liberate.
Nescierunt neque intellexerunt in tenebris
ambulant: mouebuntur omnia funda
Ego dixi dii estis: menta terre.
& filii excelsi omnes.
Vos autem sicut homines moriemini: &
sicut unus de principibus cadetis.
Surge deus iudica terram: quoniam tu heredi
tabis in omnibus gentibus.
Deus quis similis erit tibi ne ta
ceas: neque compescaris deus.
Quoniam ecce inimici tui sonuerunt:
& qui oderunt te extulerunt caput.
Super populum tuum malignauerunt
consilium: & cogitauerunt aduersus sanctos
Dixerunt uenite & disperdamus tuos.
eos de gente: & non memoretur nomen
Quoniam cogitauerunt unanimiter israel ultra.
simul aduersus te testamentum disposue
runt: tabernacula ydumeorum & hismaelite.

83